

¶ *pdic*; *man. rec. superior. res.*

¶ *pdicator*

¶ *post III in codice conspicitur Impe. (2)*

tempus facere subterfugit, unde comes guerram movit contra episcopum, propter quod comitem excommunicavit. Tunc comes ordines mendicantium requisivit, ut cause sue iuste consenserent; Quod et fecerunt, licet minores resilirent, predicatores tamen persisterunt, propter quod episcopus inhibuit, ne predicatores ad predicationis officium admitterentur; ~~et~~ <sup>et</sup> ~~ita~~ <sup>et</sup> eo appellaverunt. Episcopus vero ad Romanam curiam se transulit pro causa prosequenda, et mortuus est in Italia. Hic vixit episcopus Metensis annis decem, mortuus sub Martino papa III.

Johannes LXV<sup>us</sup>.

Defuncto domino Laurencio sedes apostolica nobilem virum dominum Johannem filium comitis Flandrie in episcopum Metensem promovit, anno Domini 1284, qui presul Metensis 65. Hic ad terram Flandrie anhela-  
bat, ydeo sua voluntate accedente secundo anno suo ad ecclesiam Leodiensem est translatus, et ~~et~~ venerabilis dominus Bocharius filius comitis de Hannonia episcopus Leodiensis ad ecclesiam Metensem. Hic multum bene gubernasset, si diutius ~~per~~ <sup>per</sup> reman-  
sisset.

Bocharius LXVI<sup>us</sup>.

Cumque nobilis dominus Bocharius